

MIZAULD, ANTOINE

**Antonii Mizaldi Monluciani Planetæ siue
planetarum collegium.**

Parisiis
1553

EOD – Millions of books just a mouse click away! In more than 10 European countries!



Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
- Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
- *Search & Find:* Use the full-text search of individual terms*
- *Copy & Paste Text and Images:* Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)*

* Not available in every eBook.

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book.

- Terms and Conditions: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/en/agb.html>

More eBooks

Already more than 30 libraries in over 12 European countries offer this service.

Search books available for this service: <http://search.books2ebooks.eu>

More information is available at <http://books2ebooks.eu>

A . L . R .



1 5 5 4

C. 20:5.

Astron.

RAR

ἄσπρα βλέπειν καὶ λίσσον
ἀνθρώποις κέλει :



Inch. 4 scripter af
Antoine Mizauld.

matv

ANTONII
MIZALDI MONLVCIANI
*Planetae, sive Planetarum
Collegium.*

Ad Antonium Minardum in Supremo Senatu
Parisiensi Præsidem æquissimum.



PARISIIS,
Apud Carolam Cuillard, sub sole aureo, via ad diuum Iacobum.

M. D. LIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.


ΑΝΤΟΝΙΟΣ
ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΗΣ
ΠΡΩΤΗΣ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ
ΚΑΙ
ΚΑΤΑΛΟΓΟΥ
ΤΩΝ
ΦΑΡΜΑΚΩΝ
ΤΗΣ
ΑΡΧΑΙΑΣ
ΙΑΤΡΙΚΗΣ
ΣΧΟΛΗΣ
ΤΗΣ
ΠΑΡΗΣ

ΑΔ ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΗΣ
ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΗΣ
ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΗΣ

Μεταφράσις

Semine cœlesti fata mens, cœlestia quærit
Semina: terrenum rite perosa solum.
Scilicet hinc miro cœlorum fertur amore:
Et quoties lædunt infima, summa petit.

Superata tellus
sidera donat.



PARISIIS
M. D. C. C. C. C.
CUM PRIVILEGIO REGIS

ORNATISSIMO VIRO

Antonio Minardo, in supremo


Parisiensi Senatu Præsidi

incolpatissimo, Anto-

nus Mizaldus

Monlucianus.

S. P. D.

 ANAXAGORAS Clazome-

nus philosophus, non modò

generis gloria & opibus

(quemadmodũ scribit Plu-

tarchus) verũ, animi ma-

gnitudine clarissimus, & rerum mundana-

rum, suarũque aspernator cõstantissimus,

cuius iam exprobranti quòd patriæ ei nulla cu-

ra esset, respondisse fertur, imò mihi patriæ

cura, & quidẽ summa est: digito cælum ostẽ-

dens, ac illud patriã cuiusque natalem verè,

& certò esse, indicans: Quod ἀπόφθεγμα cũ

olim (anno scilicet ab hinc quinto plus mi-

nus) ad aureis vsque meas venisset, pretium

A ñ opera

opera facturum me, illico admonuit, si cælo-
rum cõmunis animorum nostrorum patriæ,
curam aliquã præ me ferrẽ: hoc est, pro mea
tenuitate cum præclaris viris multis, illorum
& corporũ quæ circũferunt diuinitatem ex-
plicare, maiestatem prædicare, naturã ac vi-
res ostẽdere, & (vt paucis multa dicã) quid-
quid habet vtrũq; illustrare satagerem. Quã
cogitationem si minùs in rem pro dignitate
conferre potui, volui saltem ac diligenter stu-
dii. Nam libellis aliquot hætenus præcipi-
tatis à me, verius quã elaboratis, quidquid
id est præstare pro mea virili sum adnixus.
Quã feliciter, iudicabit χρόνος (vt est a-
pud Pindarum) πόντος πατρίε. Verũ enim ue-
rò, cùm sollicitè in ea cura totus essem: &
medicis studiis, veterum exemplo, cælestia
miscerem: ecce, in mentem mihi peropportu-
nè venit, alterius patriæ cogitatio ac recorda-
tio: eius (inquam) quæ vagitus meos excepit,
meam infantiam pertulit, meã balbutiem au-
diuit, & corpusculum meũ sympathia qua-
dam

dam cum superiori patria, fouit ac educauit.
Hac itaque, quia fumum suum (sicuti ele-
ganter scripsit Lucianus in encomio patriæ)
luculentiozem habere solet quouis igni alie-
no: quia ortus nostri partem sibi vindicat:
& (vt verè dixit Naso)

nescio qua dulcedine cunctos

Ducit: & immemores non finit esse fui:

eam ob rem hîc curam secundariam, & pie-
tatem alteram, suo quodã merito à me exi-
git: Te vnum, Præses inculpatisime, non abs-
que delectu & summo iudicio, de omnibus
proferēs, qui eius vicariũ hîc agas. Nec teme-
re, mea quidem sentētia: nam inter illius alũ-
nos omneis, non secus emines, ac illustris ha-
beris, quàm Phæbus inter Planetas. De qui-
bus pro mea mediocritate fusiſsimè sum phi-
loſophaturus toto hoc libello. Quem, qualis
est (diuinus sanè, quia septem diuina
corpora describit, quæ vitã & lucem rebus
omnibus inferioribus quotannis ex alto spi-
rant) tibi patriæ splendori, & Borboniorũ no-

A iij strorũ

strorum longè, lateque radianti sideri sacrare
ac deuouere, non inconsultum mihi omnino
consilium fuit. Scio quantis me tibi meritis
obstrinxeris, quantis honoribus me dignatus
fueris, & quàm insigni humanitate me sem-
per exceperis. Vnde ingratus nimum dice-
rer, si gratiam aliquam, aut saltem pro gratia
memoriam qualemcunque palam non ex-
hiberem. Fuit certè eam ob causam, multis
de me, varia & frequens admiratio: præ-
sertim quòd eximium istum tuum erga me
cãdorem, vel scriptis meis nullo modo agno-
scerem. Nec defuerunt, qui silentio meo tam
diturno, inflato irascerentur stomacho: at-
que hoc ipsum vitio verterent: quum animã-
tes pleræque rationis expertes, ab huiusce-
modi (vt dicebant) ingratitude nota ma-
ximè abhorreant. Addebant, quòd vtri-
que communis est patria: cuius flos & spe-
cimen summo censeris iure: cum ob multa,
tum quòd vita, moribus, eruditione, integri-
tate, virtutibus, pietate ac humanitate apud
omnes

omnes insignis ac illustris haberis. Fuites a-
lias vulgi gloriolas, quæ non plus te mouent,
ac transfuersum agunt, vt scripsit ille,
Quam lippum pictæ tabulæ, foimenta podagram,
Auriculas cytharæ collecta forde dolentes,
prudens & sciens omitto: nõ ignarus te mul-
tò libentius laudanda facere, quàm audire.
Sed occupatiões tuas interpellare cesso. Hæc
itaque sunt Præses integerrime, quæ me sub-
inuitarunt vt lucubratiunculam hanc Pla-
netologicam, in tuo nomine emitterem: Ex
qua nihil aliud polliceri tibi debes, quàm sũ-
mè propensum tui Mizaldi erga te animum
ac studium. Quod ad nominis immortalitatem
attinet, magis ex te, & virtutibus
tuis, quàm ex tenui hoc opusculo, tibi iãdiu
partam ac comparatam esse certò scio. Bene
vale, Præses inculpatissimè, ac me, vt facis, a-
mare perge. Lutetia, quarto Non. Februarij.

I 5 5 3.

A iij Ride

Ride Epicure Deū: gere nescia pectora fati:

Finge nihil cœli significare faces.

Crede mihi, quando venies ad tartara Ditis,

Hic tua quod plectat scōmata, Numē erit.

ANTONII MIZALDI MON-

*Luciani Planetæ, hæc in
summa habent.*

TOtus liber versatur in Planetarum descri-
ptione, situ, orbibus, vi, motu, natura, qualita-
tibus, exortu, occasu, passionib⁹ (vt loquuntur) tam
essentialibus, quàm accidentalibus, & aliis huius
plumæ. Habet præterea, eorundem Planetarum
radiationes, aspectus, ac magnitudines. Ad hæc, cor-
poris partes & spiritus, quibus illi præfunt: necnō
colores, quos familiariter agnoscunt: ac mutuas
amicitias & inimicitias quas inuicem exercent:
cum studiis & moribus quos excitant: vbi genesis
alicuius dominatores fuerint, non impediti.

Huius præcipua, summæque capita hæc dige-
runtur serie.

PRocemiolum, in quo, cum breuissima propo-
sitione, inuocationi datur locus.

Planetarum vt in cælo resident descriptio, & no-
menclatura.

Planetarum orbis, & eorundem dispositio, sicuti
hodie in cælo habetur.

Orbium Planetarum *θεωρία* breuissima.

Planetarum motum in propriis orbib⁹, motui su-
premi cæli esse contrarium, & aduersum: hoc
est ab occasu, per meridiem ferri ad exortum.

Planetarum motus medijs.

Planetarum motus veri.

Planeta quiuis quot annis proprio motu suâ pera-
grationem, & curriculum in Zodiaco absoluat.

Planetas

SYMMA OPVSCVLI

Planetas per Zodiacum nunc celeri motu ferri,
nunc tardo, nunc inter vtrunque medio.

Planetas quandoque progredi, alias regredi: nunc
in Austrum, modò in Boream.

Planetæ masculini & fœminini.

Planetæ fœlices & infœlices.

Planetæ orientales & matutini.

Planetæ occidentales & vespertini.

Planetæ diurni & nocturni.

Saturni qualitates, elementum ac humor.

Iouis qualitates &c.

Martis qualitates, &c.

Martem conuenire cum Sole, & à Venere frenari.

Adhæc quòd omnes Planetæ, Soli coniuncti,
debiles, præter Martem, euadant.

De Sole, eiúsque numine ac energia: & quid de-
orsum operetur.

Solem esse causam potissimã generationis & cor-
ruptionis terræ nascentium.

Solem vnicum & solùm de omnibus Planetis, per
eclipticam perpetuò incedere, ac nunquam ab
ea deuiare: illincque (motu cœli) omnia mun-
di climata, tam fursum, quàm deorsum, lustra-
re, ac illustrare.

Solem interdum terræ proximum esse, nonnun-
quam remotum. Adhæc, Signiferum inæquali-
ter peragrarè.

De Venere, eiúsque natura: & quod Solem quan-
doque præcedat, quandoque verò sequatur.

Venerè Solis & Lunæ æmulam, quandoq; radios
cum luce perspicua iaculari, ac vmbra facere.

Veneri

PLANETARVM.

Veneris qualitates, humor & elementum.

De Mercurio, eiusque natura, gressu, ac statu: & quòd Solis sit assecla, vespertinus quâdoque, nonnunquam matutinus.

Mercurium quandoque septentrionalem esse, & nonnunquam meridionalè: adhæc, cursum velocissimum habere: ex quo poëtis Deorū nuntius censetur: cum bonis bonus, cū malis malus.

De Luna, eiusq; schematicis, lumine, ac natura. Lunam non posse videri cū est sub radiis Solis: & q̄ variis figuris ac lumine mortales deludat. Lunam ex se non lucere, & semper mediam illustrari.

Lunæ motum quandoque tardum esse, quandoque velocem. Adhæc, quòd meridionalis nonnunquam, ac septentrionalis fiat: sed ita, vt extra Zodiaci latitudinem feratur nusquam.

Lunæ cur proprium lumen tributum non sit: vbi de eius maculis & opacitate.

Lunæ eclipsis, & quòd bis illam vno mense pati possit, non item Sol: vbi de prognosticis solaris eclipsis nonnulla.

Lunæ octo & viginti mansiones seu peragrationes, ad præuidendas aeris cōmotiones summo pere necessariè, ex secundo libro nostri Zodiaci petendæ sunt.

A Luna, maris fluxum & refluxum pendere.

Per incrementa & decremēta lunaris luminis, inferiora hæc moueri, ac mutationes subire.

Caput & cauda Draconis Lunæ.

Planetarum domus.

Planetarū

SYMMÆ OPVSCVLI

Planetarum exaltationes & depressiones.

Planetarum gaudia.

Planetarum, vti etiam stellarum reliquarum longitudo, & latitudo.

Planetarum, necnon stellarum declinatio, & subleuatio.

Planetarum, ac stellarum orbis luminare, ex quibus combustio, oppressio, & ad coniunctionē applicatio.

Planeta regrediens, directus, ac stationarius.

Planeta septentrionalis, meridionalis, ascendens, & descendens.

Planeta auctus lumine, & diminutus.

Planeta propinquus, & remotus.

Planeta obsessus.

Planete cursu vacuus.

Planeta peregrinus.

Planeta tardus & velox.

Planeta feralis, vt loquuntur.

Planeta combustus.

Admonitio in superiora.

Planetarum, vti etiam stellarum aliarum, exortus triplex.

Cosmicus exortus.

Acronychus exortus, seu, vt vulgò loquuntur, chronicus.

Heliacus exortus.

Planetarum, vti etiam stellarum aliarum, occasus triplex.

Cosmicus occasus.

Acronychus occasus.

Heliacus

PLANETARVM.

Heliacus occasus.

Admonitio in iam dictos exortus & occasus.

Planetæ cur non scintillent, vt stellæ.

Planetas, ac stellas reliquas, elementa mutare: & cum illis corpora inferiora.

Planetarum & stellarum aspectus, quid dicatur.

Aspectus hexagonus, siue sexangularis, aut sextilis, cum eius natura & ratione.

Aspectus triangularis, siue (vt loquuntur) trinus.

Aspectus quadrangularis, tetragonus, & quadratus.

Aspectus oppositus, seu oppositio stellarum.

Coniunctio Planetarum, & stellarum aliarum.

Admonitio in iam dicta.

Planetarum, vti etiam stellarum aliarum, magnitudines varias esse, & cur tam paruo corpore spectentur.

Planetas quosdam, aliis contrarios esse: quod etiã in reliquis stellis locum habet: ad rerum mundi contemperationem.

Planetas, vti etiam stellas, formis, luce, & corpore inter se differre: quanquam eiusdem sint (vt ita loquar) materiæ: sed quæ nullam corruptionem agnoscat.

Planetas, vti etiam reliquas stellas, sub variis coloribus deorsum apparere: & quod secundum nonnullos, à Sole luceant, ac splendeant.

Aliter de Planetarũ colorib⁹: quos rebus inferiorib⁹, nedũ solis nubib⁹ appingere plerũq; solẽt.

Planetæ quibus humanorum corporum spiritus tribuuntur.

Planetæ quibus humanorum corporum membra certa

certa ascribuntur.

Planetæ singuli, in singulis Signis constituti, quænam membra ex humano corpore obtineant.

Adhæc, quibus partibus tam mûdi, quàm corporis soli, & per se imperitent.

Planetarum amicitia & odia.

Planetis, septem mundi climata subiici.

Planetarum situs & loca in Zodiaco, plerunque efficere vt natorum (etiam eiusdem vteri) mores ac effigies inter se varient: vt etiam rerum aliarum similitudines, ac formæ.

A Saturno quæ studia, quæve morum & ingeniorum agitationes emergant, vbi genesis alicuius potens dominator fuerit, à nullo impeditus, & (vt loquuntur) liber:

A Ioue quæ studia & mores emergant, vbi genesis &c.

A Marte quæ studia & mores emergant, vbi &c.

A Sole quæ studia & mores emergant, vbi &c.

A Venere quæ studia & mores emergant, vbi &c.

A Mercurio quæ studia emergant, vbi &c.

A Luna quæ studia & mores emergant, vbi &c.

Admonitio in præcedentia.

FINIS.

ANTONII MIZALDI
 Monluciani Planetæ, siue Pla-
 netarum Collegium.



OE LI structurâ postâ, Signisq̄ue
 relatis
 Per quæ aduersa meant clarissima
 quinque πενήντων
 Numina, & ipsa suo cum Phæbo
 Delia: paucis

PROPO-
 SITIO.

Nunc demum aggredior simili illustrare colore
 Septenos igneis, septenâque corpora, summo
 Fœdere suppositum pulchrè moderantia mundum
 Vi tacita, radio, motu, luce, atque fluore.
 Sed quis tot flammâs, & lumina perferat? heû, quis
 Tam longinqua loca illæsis præteruolet alis?
 Icarus & Phæthon me terrent: damna duorum
 Me reuocant: faciuntque aliena pericula cautum.
 Hei mihi, deficiunt vires, titubâtque facultas:
 Nil solus potero: verùm, tua gratia mecum
 Si præsens fuerit, constanti pectore sursum
 Ascendam, Vranie: comitem te trade roganti:
 Te duce cœlestis percurrâ sedulus arceis
 Atque tuos omni studio celebrabo Planetas:
 Ergo tuum vatem ne, quæso, despice Diua:
 Esse pium nosti tractantem sacra, iuuare.

INVO-
 CATIO.

Planetarum descriptio & nomenclatura, vt in
 cœlo resident.

Astronomi Græci natia voce πλανήτας
 Dicunt, quos Latium erroneas non vertit ineptè:

NARRA-
 TIO.

Quòd

ANT. MIZALDI.

Quod vario motu ac incerto semper oberrent:
 Hos mihi duntaxat quinos posuisse videntur
 Græcorum Astronomi primi: nam φῶτα decenter
 Et Solem, & Lunam vocitâr: quod lumina signat:
 Chaldæi septem faciunt, totidēque Latini:
 Quæ hæc à priscis dant nomina ducta Poetis:
 Saturni, Iouis, & Martis, Solis, Venerisque,
 Necnon Mercurij, post quem venit vltima Luna:
 Si à summo, vt par est, sensim descendis ad imum.

Planetarū
 ordo, &
 nomina.

Orbium Planetarum ordo & situs.

ORbeis, Astronomi, septem statuere Planetis
 Ordine quo referam, si summum quæris ab imo:
 In primo niueis Phœbe Latonia bigis
 Fertur: quam sursum præcepit Cyllenius, alis
 Præcurrit validis: supra, Cytherea canoras
 Iungit auæis: cui se comitem dat blandâ voluptas:
 Quadriugis hanc vectus equis Sol aureus, altè
 Transcendit: rutilo quem Mauors sidere, rursum
 Præcedit: Mauortem, hominūque, Deūque potestas
 Iupiter, aditiore loco prospectat euntem:
 Vltimus excelsò residet Saturnus in orbe:
 Supra quem Sphæra est, stellis octaua coruscans
 Innumeris: fixas dixit veneranda vetustas:
 De quibus emittam, pauco post tempore, librum:
 Concludens in eis vobis hoc cœleste theatrum.

OrbesPla
 netarum
 & eorum-
 dē ordo.

Orbium Planetarum περιγραφή, & descriptio bre-
 uissîma.

SIc erronum orbis prisci sinxere: quibusdam
 Vt medium haud sit idem cum mundi mole: alijsq̃
 Impar sit spatîo ambitus: atque hinc crassior orbis,
 Illin

PLANETÆ.

Illinc tenuior : ac alij sint corpore parui
 Præ reliquis : se voluentes, intrâque locati
 Id spatium quo extenditur ambitus orbium ab imo
 Mundi declinantum: induntur singula cyclis
 Sidera, quos Græci dixerunt esse ἐπιπέδους:
 Hic ubi nunc propius, nunc nobis longius adsunt:
 Scandunt, descendunt, procedunt antè, retróque:
 Si quis plura volet, de doctis sedulo libris
 Illa petat: formido etenim verbosior esse:
 Vt taceam quòd habent quæ metri respicit vsus.

Artificij
 orbium Pla-
 netarū de-
 scriptio
 breuis.

Planetarum motum in propriis orbibus, motui
 cœli esse cōtrarium & aduersum: hoc est ab oc-
 casu, per meridiem ferri ad exortum.

Astra Deūm obliquo incedunt nitentia motu
 In cœlum, varijsque petunt hæc infima turbis:

Quæ, licet ingenti retrorsum semper agantur
 Nixu: ac opposito trudentur victa repulsi:
 Non oblita sui tamen, obliquantia currunt
 Aduersum: tandemq; rotis victricibus acta,
 Contingunt propriam certo post tempore metam:
 Quis eadem à terra non est distantia semper:
 Nec simili cursu, nec eadem parte mouentur:
 Nonne vides Lunam, vt quarto sese extulit ortu,
 Finibus hesperijs (ubi nobis est noua semper)
 Oceano procul esse? dehinc, ubi septima cœlum
 Illustrat, summo residere in culmine mundi?
 Eo donec properans effulsit Olympo,
 Plena annis, plena & radijs, atque amula Solis:
 Recta ex occasu veniendo, ortumq; petendo,
 Contra vim cœli, proprio perducta labore.

Planetarū
 motus p-
 prius &
 naturalis.

Planetas
 omnesmo
 ueri ab oc-
 casu ad
 exortum.

B Plane-

ANT. MIZALDI

Planetarum motus medij, diebus singulis.

Medij motus Planetarum. **E** Ryantium motus medij sic esse feruntur:
 Saturni momenta duo: propè, quina Tonantis:
 Et Martis terdena supra vnum, pauca supersunt:
 Post, Phœbi, Veneris, Stilbontis, si trabis vnum
 Sexagena: Diana decem est contenta, tribusque
 (Si memini) gradibus, queis addito pauca minuta.

Planetarum motus veri.

Autoris digressio ingeniosa, vt in multis. **D** E tabulis veros motus cognoscere quemque
 Percuperem: nam vt causâ iubet, sic congrua res est:
 Innumeros numeris numeros numerare, quis (oro)
 Tentabit Maro, vel numerosus Horatius: hercle,
 Non bene cum numeris, numeri stant, conueniuntque:
 Cum nūmis meliūs: quos si fortuna, Matheſeis
 Exosa, Astronomis pro tot numeris numeraret,
 His abacus rutilo passim splenderet auro:
 Proq̄, situ docto, & numeroſo puluere, gemmas
 Acciperet: sed eam voluere auertere pestem
 Dij superi, quibus est tantorum cura virorum:
 Ab sunt fœlices nimium, nimiumq̄, beati
 Astronomi illustres, sua si bona sedulo norint:
 His est scintillans gemmati regia cœli,
 Noctes atque dies pro summo peruia voto:
 Hic vbi diuitias omneis, escâmque, cibumque,
 Nectar & Ambrosiam, quoties opus esse videtur,
 Inueniunt toties, sed quorsum hæc? quod feror? aut quo
 Oblitus rapior? vestigia prima requiro.

Planeta quiuis, quot annis proprio motu suam peragratiōē, & curriculum in cœlo & Zodiaco absoluat.

Saturnus, propè, terdenis cælum ambulat annis
 Lentus,

PLANETAE.

Lentus, & in partibus quas liquerat antè, reuertens
 Mensurat pigris cælorum Signa quadrigis:
 Clara Iouis facies, & mundo sidus amicum,
 Bissenis annis, bis sena recolligit astra
 Signiferi, latos reuebens mortalibus annos:
 Bis Cererem recipit messor, bis vinitor vnas,
 Dum bis sex rutilus perlustrat sidera Maiors:
 Anno Zodiacum peragrat Sol: cui comes astat
 Alma Venus, cupidus acuens in pectore curas:
 Quam simili sequitur passu Cyllenius, omneis
 Strenuus ad causas, & lingua promptus ad arma:
 Terdenas iter assuetum, propè, Cynthia, nocteis,
 Nocteis atque dies, seu mensem, peruigil errat:
 Dum Solem rursus attingit, nouaq; incipit esse:
 Quamquam bis denis propriè, octonisque diebus
 Signiferum motu proprio percurrere fertur:
 De quo nos alibi scribemus plura, docentes
 Historiam criticam pro morbis iudice Luna.

Planetarū
 proprij
 motus an-
 nui.

Pulchra
 de motu
 Planetæ.

Planetas per Zodiacum nunc celeri motu ferri,
 nunc tardo, nunc inter vtrumque medio.

CVrsus septenis non est æquabilis astris:
 Nam nunc veloci, nunc tardo, nunc mediocri
 Incedunt gressu: velut ars demonstrat, & vsus:
 Causa petenda tibi de libris: nam bene cuncta
 Hic scribi nequeunt: & amat compendia cælum.

Planetas
 nō equali-
 ter in cæ-
 lo moueri.

Planetas. quandoque progredi, alias regredi,
 nunc in Austrum, modo in Boream.

NEc verò errantumq; acies, & sparsa Deorum
 Agmina, constanti peragunt sua munera motu:
 Sed nunc prouectis incedunt gressibus: vnum
 Signorum postum sectando: saepe retrorsum

Planetarū
 motus va-
 rius & du-
 bius.

ANT. MIZALDI.

*Versa pedem referunt: modò declinantiã in Austrum:
Et modò hyperboreã cursu tendentiã ad Arcton.
In medio Sol ipse Deos moderatur, & æquis
Passibus ingrediens, fluitantiã tempora pensat:
Disponitq; vices rerum, ac terrestria mutat.*

Planetæ masculini & fœminini.

Planetarũ
sexus, vt-
loquitur.

S *Aturni, Iouis, & Martis, Phœbi quoque stellæ,
Esse mares tradunt: est fœmina Luna, Venusque:
Anceps Mercurius, Vertunus factus ad unguem:
Fœmina fœmineis, maribus mas: quo fit, vt illum
Perdocti vates describant Hermaphroditum.*

Planetæ fœlices, & infœlices.

Planetæ
boni &
mali.

S *Vnt infœlices Saturnus, Marsq; Planetæ:
Iupiter, atque Venus fœlices semper habentur:
Sol & Luna tibi crebrò mediocria donant:
Est tamen aspiciens, quàm iunctus Sol mage fœlix:
Mercurius sequitur socios, nunquam sibi constans:
Si cum fœlici, malus, infœlixue Planetæ,
(Aut contrã) forti aspectu & valido societur,
Vel coeat, naturæ aliquid deponere fertur.*

Planetæ orientales & matutini.

P *Hæbum præuertens oriendo, quisque Planetæ:
Omnibus eous, matutinũsque vocatur.*

Planetæ occidentales & vespertini.

T *E bone Phœbe sequens quivis de nocte Planetæ,
Hic vespertinus fit nobis, occidũsque.*

Planetæ diurni & nocturni

Q *Vi cœlo & terris lucem, lumenq; ministrat
Phœbus,*

PLANETÆ.

Phœbus, iure bono conceditur esse diurnus:
 Fuscula nocturnis umbris Latonia gaudet:
 Gaudet nocturnis tenebris Erycina: suumq;
 Graduum trahit hæc nocturna ad gaudia amantem:
 At lucem, currusque Auroræ, & lampada Solis
 Miratus pater altitonans, miratus & ipse
 Falcitens Deus, occultas odere tenebras:
 Vnde die exultant, gaudentq; patentibus auris:
 Inter vtrumque volat varium Stilbontis, & anceps
 Astrum: quo non est cælo inconstantius vllum.

Diurni
 Planetæ
 & noctur-
 ni.

Saturni qualitates, elementum, ac humor.

FRigidus & siccus Saturnus traditur esse:
 Cui bilis seruit nigra, ex quo terreus ille est.

Iouis qualitates, humor, ac elementum.

Iupiter est calidus, simul humidus, at sine noxa:
 Cui purus sanguis conceditur, ac bonus aer.

Martis qualitates, humor, & elementum.

Mortem Astronomi siccum, calidumq; notarunt:
 Cui rubram bilem tribuerunt: insuper ignem.

Martem cōuenire cum Sole, & à Venere frenari.
 Adhæc, quod omnes Planetæ Soli coniuncti debiles præter Martem, euadant.

Mars à Phœbo non multum discrepat igne:
 Sed præmit flammis Veneris: quib; horrida frenat
 Bella: quibus galeas, & tela minantia frangit:
 Quæ, quanquam est cælo depressior: est & inermis:
 Ille supernus, habens armorum quidquid in usu est,
 Ac Phœbum medium (cuius feruentia solus
 Lumina complexu non respuit) attamen armis

Planetarū
 qualitates
 inuicē à
 se tépera-
 ri.

ANT. MIZALDI

Depositis, hūic se committit, dedit, & omni
 Arte cadens, victus prosternitur: alter a turba
 Errantum, Solis radios formidat: eorum
 Quod fraudent vireis, & opus perdebile reddant.

De Sole, eiusque numine, ac energia, & quid
 deorsum operetur.

Solis præ-
 stantia &
 dignitas.

COclorum tractus, pelagi, terræ, aeris omneis,
 Fons lucis Sol auricomus, Sol igneus ambit:
 Sol qui terrarum flammis opera omnia lustrat:
 Vnde tepor genitalis adest, ac aureus ignis:
 Quo tellusq; fretumque, & totus concipit orbis:
 Conceptusq; sonet, quibus adsunt omnia nobis:
 Ille idem superum est princeps, ductorque choreæ:
 Ad cuius numeros stellæq; mouentur, & orbis
 Agnoscit leges, præscriptæque fœdera seruat:
 Agnoscunt auræ imperium, maria alta tremiscunt:
 Hinc Ver purpureum vestit florentia præta:
 Spicæque hinc campis flauescit messis, & ægum
 Lenitura animum, ac dulcem inductura soporem,
 Distendit vacuas pinguis vindemia cellas:
 Ac glacialis Hyems resolutis ebria curis,
 Ante focum grato solatur frigor a Baccho:
 Hæcque viceis pater ille Deum voluctibus annis
 Ascripsit: quas ipsa, æterno fœdere, seruant
 Cuncta elementa, suos illinc retinentia nexus.

A Solis
 motu an-
 ni tēpesta-
 tes modi-
 ficari.

Solem esse causam potissimam generationis & cor-
 ruptionis eorum que annuatim e terra nascuntur.

FLamminomus Titan dum bis sex sidera, fulgens
 Continuo per agrat motu, causam generandi,
 Et corrumpendi terræ nascentibus adfert:

Ascensu

PLANETÆ.

*Ascensu recreans, & lapsu singula tristans:
Præterea accessu gignens, periménsque recessu:
Namque parit sub Ver, Aestate fouet, rapit vno
Autumno: donec medium Brumæ attigit: addes
Quòd Phœbo surgente, caput nascentia tollunt:
Et condunt pariter cùm primum mergitur vndis:
Qui, quia terreno globulo maior perhibetur:
Hinc illum media, vel eo plus, parte meando
Illustrat, rutilans vitali lumine semper.*

Solis motu esse causam vitæ & interitus rerum mundi.

Solem vnicum & solum de omnibus Planetis per eclipticam perpetuò incedere, ac nunquam ab ea deuiare: illincque omnia mundi clinata, lustrare ac illustrare.

Non est auratum Solis calcare meatum
Diis licitum: non vlla datur vis tanta Planetis
Vt medio tendant tractu: sed frigida Olympi
Tecta petunt, Boream versus: vel condita ad Austrum:
Titan, Signiferum medium rectâ petir: orbem
Nunc nostrum inuisens, cælo ductore supremo:
Nunc occultatas adiens sub tartara terras:
Nulla sit accessu vt tellus, aut orbita mundi,
Immunis Solis radio, vegetoque calore:
Nam mundi circumdat opus noctesque, diésque:
Assiduos hominum miseratus rite labores.

Solē rectâ per eclipticâ mundū vniuersum ambire.

Solem interdum terræ proximum esse, nonnunquam remotum. Adhæc Signiferum inæqualiter peragrarè.

Sol modo Signiferi sublimis fertur ad arcem:
Et centro terræ assurgit: qua parte superna
Orbe suo signat punctum tellure remotum:
Hic vbi festinat lento, tardoque meatu.

Solē nobis quâdo que propinquum quâdoque remotum, esse.

ANT. MIZALDI

Nunc propiore via terram mensurat ab imo
 Eccentri: repetens Capricorni tecta rigentis:
 Quò dum pervenit, gressum producere pergit:
 Idcirco spatii metitur cœlica iniquis:
 Interdum maiore mora, quod circuit explens:
 Interdum breuiore, velut natura requirit.

De Venere, eiusque natura: & quod Solem quã-
 doque præcedat, quandoque verò sequatur.

Veneris
 fidus Solẽ
 nũc præ-
 cedere,
 nunc verò
 sequi.

Post Solem Cytherea suum locat aurea sidus:
 Qua præfulgenteis auro interplexa capillos,
 Auroræ è thalamis, yadiorumq; æmula Solis,
 Lucem aperit, referatque diem mortalibus agris:
 Interdum rapidis Phœbi deserta quadrigis,
 Euocat oceano noctem surgentibus astris:
 Admonet & placidi per amica silentia somni:
 Verum ita digressusque suos, sua tempora pensat,
 Et sinuosamæans niveis secat athera pennis,
 Vt Solem petat, ad Solem vestigia flectat:
 Quem, si præcurrit surgentem, Lucifer esse
 Fertur: si sequitur serò, spectatque cadentem,
 & æreos est Græcis, & vesper rite Latinis.

Venerem Solis & Lunæ æmulam, quãdoque ra-
 dios cū luce perspicua iaculari, ac vmbra facere.

Venerem
 radios p-
 iicere, &
 vmbra fa-
 cere.

Vna Venus ter quindenas vbi sedula sursum
 Signiferi parteis, vel eo plus, vsque peregit
 A Sole (eo seu cum nitet aurea mundo,
 Oceani hesperias seu cum declinat ad vndas)
 Splendorem in tenebris producit, vt amula Phœbes:
 Atque die radios proiectat, vt amula Phœbi:
 Hac decus, hæc ipsa est hominumq; Deumq; voluptas:

Qua

PLANETAE.

*Qua sine nil iucundum animis, nil dulce putandum:
Si modò vera docent, qui humano more loquuntur:
Et Curios simulant, ac Bacchanalia viuunt.*

Veneris qualitates, humor, & elementum.

H*umidula est Venus in mediocri frigore, quare
Huic pituita datur, nec non aqua, iure decenti.*

De Mercurio, eiusque natura ac gressu: & quòd
Solis sit affecla: vespertinus quandoque, nònun-
quam matutinus.

M*ercurius Veneri speciosa proximus haeret:
Qui propter Solis numen procul ire recusans,
Nunc matutinus facili temone iugales
Exagitat: pelagique vagis caput exerit vndis:
Nunc Atlantiaca matris memor, Hesperidumque
Rura videre parans, filiumque in frondibus aurum,
Serus obit, serò flauum lauat aquore crinem:
Et serò herculeas linquit post terga columnas:
Sed siue immisis Solem praecurrit habenis,
Seu sequitur: victusque terit spacia vltima metae:
Non ipse ingenteis oras, non liber apertas
Audet adire vias caeli: titania tantum
Imperia, & Solis metuens procul esse quadrigis.*

Mercuriū
Solis esse
affeclam.

Mercurium quandoque septentrionalem esse &
nònunquam meridionalem. Adhęc, cursum ve-
locissimum habere: ex quo poetis Deorum nū-
tius esse censetur: cum bonis bonus, & cum ma-
lis malus.

I*psè Hermes quandoque citus perrepat ad Austrum:
Nònunquam Boream pennis petit arduus: ex quo
Censetur volucris ferri per sidera cursu:*

Mercuriū
Deorū ef-
se nūtium.

Nunc

ANT. MIZALDI.

Nunc Iouis exercens monitus, & mollia iussa:
 Nunc mentem senioris aui, violentaque Martis
 Imperia accipiens, commissaque verba, capessens:
 Hinc pedibus necit pennas: vocemque Deorum
 Nuntius exequitur, vario mutabilis astro:
 Namque bonis bonus est, & pravis pessimus: eius
 Naturam seruant cui se permiscet, & addit.

De Luna, eius schematiformis, lumine, ac natura.

Lunã suã
 lumẽ à So
 le sc̃ene-
 rari.

Vltima Luna suos agitat per inania currus:
 Dux clara in tenebris: sed flamma obnoxia semper
 Fraternal: cuius radios mendicat, & ore
 Ora fouet: quantumque ab Apollinis igne recedit,
 Hoc magis illa suum fundit mortalibus ignem:
 Cornuta effulgens primum: mox semirepleto
 Orbiculo: post hæc medium dimensa volumen
 Signiferi, inflatos vultus, turgentiaque ora
 Nocte refert: hinc decrescens sub imagine cycli
 Dimidiũ, falcem lentè, sensimq; figurat:
 Ac fratris repetit prisco de sc̃edere lectum.

Lunam non posse videri cum est sub radiis Solis:
 & q̃ variis figuris ac lumine mortalib⁹ imponat.

Luna latens rutili fulua sub lampade Solis,
 Non cerni, nosciq; potest, nec promere vultus:
 Maiori submissa Deo: nec reddere lucem:
 Donec continuus adnitens motibus, erret

Lunã dies
 aliquot
 sub radiis
 Solis la-
 tere.

Inuia per superos, & noctis opaca profunda:
 Idq; duos percrebrò dies, treis saepe, frequenter
 Quattuor, vt nostris pulchrè fuscq; probamus
 Phenomenis, vbi tempestatum signa docemus.
 Primum ergo Phæbe cornuta cuspidè fulget:

Igneis

PLANETÆ.

Ignéis paulatim reparans, & lumine turgens:
 Egregium cœli sidus, visûque decorum:
 Quo humana mentes variè exercentur, & omnes
 Ingenij vires sudant, frustra que laborant:
 Nam Deus omnipotens statuit dum conderet astra,
 Mensura Luna suum vt mutatis orbibus, orbem
 Perlegat: ac semper lucem contermina Phœbo
 Perdat: & inde suo renouato sedere, terras
 Circinet: ac mundo varios sensum offerat arcus.

Lunam ex se non lucere, ac semper mediam il-
 lustrari.

Non dubium est, quin Luna notio splendore fruatur:
 Huncq; sequens Phœbū minuat, fugiensq; reponat:
 Quo presso, nulla dignatur lampade mundum:
 Ast, procul è regione means, tum denique toto
 Ore vomit flammæ, ac pleno corpore fulget:
 Quæ quamquam variâ commutat vbique figuras:
 Haudquaquam medio magis, aut minùs emicat orbe:
 Nam quando nostros frustrato lumine campos
 Nulla fouet: tum plena, Diis cœloque videtur:
 Dum verò amissos reparando colligit igneis:
 Ac cœlum, & terras equata fronte salutat:
 Orbe micat medio: dum nullo sidera cornu
 Suspicit: hîc tumido illustrat mortalia vultu:
 Et nullis cœlum radiis, nullo ore tuetur:
 Sic, superis cœloque datur, quod demitur orbi:
 Et contrâ: vt Phœbo fuerit pro tempore visum:
 Cui placidè parct, veluti soror optima fratri.

Quòd Lu
 na semper
 dimidia il-
 lustratur.

Pulchra &
 notatu di-
 gna.

Lunæ motum quandoque tardum esse, quandoque
 velocem. Adhæc, quòd meridionalis nonnunquam

&

& septentrionalis fiat Luna: sed ita, vt extra Zodiaci latitudinem feratur nusquam.

Cynthia saepe pigro procedit languida motu:
Interdum & celeri glomerat vestigia gressu:
Per duodena means cæli loca, sed sine lege:

Lunæ motu vagū esse, & inconstantē.
Nam nunc ad Libycas tendit tardissima genteis,
Sidonios visura duces: dextraque relinquens
Solis iter: gelidam nonnunquam transit ad Arcton:
Liligeros reges, & Gallica regna salutans:
Sic igitur variè currentibus orbibus acta,
Signiferi sineis nunquam transcendit: & ipso
Limite non fertur medio: sed longius errat:
Ne Phæbi sacrum callem fœdasse notetur.

Lunæ cur proprium lumen tributum non sit: vbi de eius maculis, & opacitate.

Propterea volucris quod fertur Luna meatu:
Sèque astris sociat gelidis, calidisque frequenter:
Quorum censetur vircis assumere: menssem
Quodque suum reparat toties, terraque propinquat:

Lunã non frustra priore lumine carere.
Aestini tam saepe premens caua tergora Cancris:
Tam saepe Aegocœra petens, tam crebrò recedens
A nobis, crebrò residens in vertice nostro:
Aut hinc non longè, vt patitur cælumque, solumque:
Si propria nobis fulgeret luce: timenda
Esset hyems, sauisque calor, bis mense quotannis:
Quæis genus humanum, mundi quoque cuncta perirent.
Quinetiam licet vsque genas, & opaca per ora
Pallor eat: tamen interior qua cogitur orbis,
Lunæ macule & opacitas.
Densa situ magis, & scabra rubigine sordet:
Ergo, & cum Solem aduersum se agit vndique: & orbẽ
Circūplet totum rutilantis lumine Phæbi:

PLANETÆ.

*Qua squalet parte, atque horret caligine, densas
Ostentat maculas, nec fallit imagine quemquam.*

Lunæ eclipsis, & quòd bis illà vno mense pati
possit: non item Sol: vbi de prognosticis sola-
ris ecclipsis nonnulla.

Non priùs, aut spatio breuioris temporis, orbem
Abscondet Lucina suum, quàm cornua pleno
Iunxerit orbe simul: fratris quoque sumpserit igneus
Oppositos: terra rectè stante inter virumque:
Cuius pullatos vultus, vel tempore mensis
Bis fieri potuisse, leges: Solémque meando
Non posse (ob Lunam mediam) sua lumina nobis,
Ac ipsi mundo subducere (res metuenda)
Ni peragret cœptum bis ter per Signa rotatum:
Qui si pallentem in cœlo tum præbeat orbem:
Vndique venturam pestem, clademq; monebit:
Præterca, superos sparsuros æthere nimbos,
Humida si fuerint defectus Signa: sed æstum
Ignea promittunt: ventos leuiora figurant:
Sic glaciem atque niues frigentia, tempore certo:
Quæ, quo sint ventura loco, & qua parte, docebunt
Signa poli, illum aut hunc mundi spectantia tractum.
At, cum sub formis hominum latitabit Apollo:
Humanos ventura lues affligere perget:
Sub brutis formis, brutorum corpora læder:
Ac segetes, fructusque soli, frumenta, pecusque:
Paucis, quidquid erit, Signi monstrabit imago.
Sed præstaret in his Ptolemaum audire loquentem:
Et legere in nostris quæ sunt conscripta Cometis:
Tantis per proprio dum molior hæc tibi libro.

Nota de
ecclipsi
Lunæ.

Progno-
stica sum-
pta ex so-
lari eccli-
psi.

Pulchra,
& notatu
digna.

Lunæ

Luna octo & viginti mansiones, seu peragrationes, ad præuidendas aeris commotiones summopere necessaria, ex secundo libro nostri Zodiaci petenda sunt.

A Luna, maris fluxum ac refluxum pendere.

Cum Luna motu Pontum ire, redire videbis:
Tollere se fundo sensim, sursumque referre
Turbine præualido fluitantes vndique arenas:
Nec non & solitas remeando quærere sedes:
Usque adeo simile insequitur quodcumque creatum.
Ergo, Ponti humor Lunam cecinitatur euntem:
Qua, cum præcipites per agit super aera motus,
Ac Finitorem pelagi conscendere pergit:
Hoc ipsum stimulat scandendo increfcere secum:
Contra, vbi descendit, decrefcere: moxque redire.

Maria, vt
humida
omnia, Lu
na serui
re.

Per incrementa & decrementa lunaris luminis inferiora hæc moueri, & mutationes subire.

Luna suum lumen mutans, hæc infima mutat:
Motibus exagitant variis Pontum, aera, terram:
Humida præcipue, pisces, animalia, stirpes,
Aut aliud, quod lunari de lumine vires
Induit: hinc factum videas quod corpora multo
Implentur succo dum Cynthia crescit in igneis:
Mox vbi decrefcit, redduntur inania: testes
Sunt Cancri, nec non viuentium quæque medullæ:
Sed varij maris accessus, varijq; recessus.
Hoc verè ostendunt, variisque in collibus herbae:
Nec non scæmineus sexus, nanque hunc bene natum,

Lumè lu
nare in
hæc infe
riora pos
se pluri
mum.

Luna

PLANETÆ.

Luna vetus veterem, iuuenem noua crebro repurgat:
 Quam multos etiam furis hinc sæpe videmus
 Vexari? sortemque animo tolerare molesto?
 Quid quod materies, viridique è monte recisa
 Aere trabes, multiæque comam turbata ruina
 Fraxinus, ante diem hinc sensit mala damna senectæ?
 Exhaustasque situ posuit cum robore vireis?
 Ergo, senescentem Lunam posthac bene cautus
 Aspicias: pariter crescentem: denique plenam:
 Sed satis, & nimium hæc fuerint: Concordia nostra
 Oceani Lunaq; tibi (si forte requiris)
 Istarum rerum plenissima plaustra reponet
 Mensibus hinc paucis, modo Christus cæpta secundet.

Caput & cauda Draconis Lunæ.

Sunt sursum aduersa gemini se parte secantes
 Orbes, quos faciunt Solis, Lunaq; meatus:
 Sectio qua Phæbe gelidas ascendit ad Arctos,
 Esse caput fertur, veluti altera, cauda Draconis:
 Quæ Luna imbriferum cursu descendit ad Austrum:
 Artifices reliqua expedient, quos consule solers.

Planetarum domus.

Est Aries Martis domus, est & Scorpius acer:
 Atque Iouis Chiron, geminos cui iungito Pisces:
 Saturnus summè Capricorno gaudet, & Vrna:
 Sic Libram Cytherea tenet, Taurumq; iacentem:
 Mercurius Geminos, necnon & Virginis astrum
 Occupat: ut Cancrum Phæbe, Solq; ipse Leonem:
 Hæc aliter nobis, aliòque sub ordine, Libro
 Zodiaci primo scribuntur: quare libenter:
 Ne fortasse tibi videar repetendo molestus.

Planetarum

Luna summe obseruanda.

Cycli duo lunares.

Domicia septem Planetarum.

ANT. MIZALDI.

Planetarum exaltationes, & depressiones, seu casus, vt loquuntur, & sublimitates.

Per qua exaltentur nunc demum Signa Planeta
Expedito dictis animum ne subtrabe nostris:
 Libra senem celsa Saturnum sede reponit:
 Deinde Iouem Cancer: Capricorni sidera Martem:
 Sic Aries Solem: genitricem, Piscis, amorum:
 Mercurium Virgo: Taurus, vaga numina Phœbes:
 Hac eadem opposita Signorum parte premuntur.

Planetæ
 exaltari,
 & depri-
 mi.

Planetarum gaudia.

In certis Signis rutilantes quinque Planeta
Gaudent: Mercurius præcepit, in Virgine: Maiors
Inq; Nepa: Saturnus habet sua gaudia, in vno
Vnigero: Cytherea nitens, in lumine Tauri:
In Chirone Deum atque hominum rex Iupiter almus:
Hic Phœbū & Lunam excludunt: quod sit domus vna
His tantum: causas alias, alibi tibi tradam.

Planetæ
 in quibus
 gaudeant
 Signis.

Planetarum, vti etiam stellarum reliquarum longitudo, & latitudo.

Vt stella in longum à primo distare videntur
Lanigeri puncto, sic has Ecliptica monstrat
Lineola, huc illucve in latum iuisse vagando.
Si versus Boream, boreales rite feruntur:
Sin Austrum versus, australes iure vocantur:
De libris alias poteris disquirere formas.

Planetæ
 australes,
 & borea-
 les.

Planetarum, necnon stellarum declinatio ac subleuatio, siue ascensus & descensus.

Declinat sidus cum distat ab Acquidiali:
Sive Noti ad partem fiat, Boreæve rigentis:

Planetarū
 declinatio

A quibus

PLANETÆ.

*A quibus ipsa suum capit inclinatio nomen:
Ex imo ascendit, quod in altum mittit Horizon.*

Planetarum, ac stellarum luminare orbis: ex quibus combustio, oppressio, & ad coniunctionem applicatio elicitur.

ORbes erronum poteris sic noscere: primus
Phœbi quindenarius partes capit, antè retròque:
Mercurij & Veneris septenas: mox duodenas
Luna: Saturni atque Iouis (res vera) novenas:
Octo Martis, nec plures. Ergo, Planeta
Qui minùs à Phœbo distabit, quàm numeretur
Orbis dimidium, oppressus dicitur, & vsus:
Necnon ad coitum appellens: veruntamen istud
Quod tibi postremum propono, aptare Planetis
Inter se poteris: velut ars deposcit, & vsus.

Planetarū
orbis, siue
vt loquū-
tur, lux.

Planeta regrediens, directus & stationarius.

Contra Signorum seriem quicumque Planeta
Incedit, tardus fertur, regradarius, & sur:
Siv aliter: velox, necnon directus, vt aiunt:
Si nil, aut minimum pergat, tibi stare putetur.

Planetarū
velocitas
& tardi-
tas.

Planeta septentrionalis, meridionalis, ascendens
& descendens.

AD Boream tendens, borealis rite Planeta
Dicitur: inq̄, Notum pergens australis: & idem
Ascendens, si summa petit: si fertur ad ima
Descendens: tibi quod monstrabit ecliptica: formas
Esse alias scio: quas de doctis excipe libris:
Nam (vt verè scriptum est) non omnia possumus omnes.

Planetarū
motus va-
gi & erra-
bundi.

C Planeta

ANT. MIZALDI

Planeta auctus lumine, & diminutus.

Dum Sol à stella, vel stella à Sole recedit:
Doctis Astronomis tunc lumine traditur aucta:
Cum verò accedit, quidquam de luce remittit.

Planeta (vt stella quæuis alia) propinquus & remotus.

Planetarū propin-
quitas &
remotio. **S**tella tenens partes Boreæ solet esse propinqua
Nobis: in q̄ Notum tendens, procul, atque remota:
Abside si in summa residet, propior sit, & ad nos
Accedit: longinqua manet, dum perstat in ima:
Si quæris formas alias, euoluito libros
Priscorum, Græcos, Chaldaeos, atque Latinos.

Planeta obsessus.

Inter fœlices fuerit quicumque Planeta,
Aut infœlices, obsessus dicitur esse:
Vel, quando à binis, multisue includitur astris:
Nec radios quisquam, vt par est, iaculatur in illum.

Planeta cursu vacuus, vt loquuntur.

Planeta languens,
& destitutus. **A**bsuerit quoties de aspectu quisque Planeta
A quocumque alio, media vel parte per orbem:
Hic cursu vacuus sub Signo sit tibi toto.

Planeta peregrinus.

Planeta errans. **S**i quidquam iuris videas non esse Planeta,
Hic vbi fulgebit, peregrinum dicito verè.

Planeta tardus & velox.

Qui motum medium non perficit, ille Planeta est
Tardus: qui superat, velox is dicitur esse.

Planeta

PLANETAE.

Planeta ferinus, seu (vt loquuntur) feralis.

Nullius radios si admittat, fortè Planeta
Quo fuerit Signo, censebitur esse ferinus.

Planeta combustus.

Si non comparet serò, nec manè Planeta:
Phœbeis radiis implexus corpore toto:
Is solet antiquo combustus nomine dici.

Planeta ir
radiatus.

Admonitio in superiora.

Obsessus, cursu vacuus, gradientq̄, retrorsum,
Combustus, peregrinus, tardus, luce minutus,
Deinde ferinus erit quacunque in parte Planeta:
Viribus afflictis talis tibi iure putetur.

Planetarū
vires quā-
do impe-
ditæ.

Planetarum, vti etiam stellarum reli-
quarum, exortus triplex.

Cosmicus exortus.

Si manè exoritur sidus cum numine Phœbi:
Matutinus erit, vel (si vis) cosmicus ortus.

Acronychus exortus, seu (vt vulgo loquuntur)
chronicus.

Occiduis fuerit si Sol in finibus, ipsa
Eos tractus stella calcante: vel ortus,
Hic ἀγρόνυχος erit, vel vespertinus ad vnguem.

Heliacus exortus.

Si Solis radios quoduis superauerit astrum,
Sic vt in Aurora se possit reddere nobis:
Exortum heliacum faciet, cum nomine, tum re.

C ij

Planetarū

ANT. MIZALDI

Planetarum, vti etiam stellarum reli-
quarum, occasus triplex.

Cosmicus occasus.

S *Stella occiduam, & Sol ortuam tenet oram:*
Κόσμικον occasum, & matutinum tibi profert.

Acronychus occasus.

O *cciduis Solem, & stellam si occultat Horizon:*
Ημικόσμου ὄβυχον habe occubitū, simul hesperiumq̄.

Heliacus occasus.

S *Phœbus stellam radiis obuoluerè pergit:*
Quam sub nocturnum tempus spectare licebat:
Occasu heliaco parat hanc excludere nobis.

Admonitio in præcedentia.

H *ic te scire velim, quòd sunt formæque, modique*
Sub iam descriptis alij, ortus, denique lapsus
Stellarum: quos vnus habet doctus Ptolemaus:
Sedulò in his, aliisq̄, tibi relegendus: ob id quòd
Mensuram, ac numeros renuunt, contenta doceri
Plurima: cum in variis, tum sacra crebrò Mathesti:
Vnde mihi ignosces, si cogor omittere multa.

Autoris
candor &
modestia

Planetæ cur non scintillent, vt stellæ.

S *cire cupis cur sola acies inmota Deorum*
Cernitur? obtutuq̄ hæret defixa sub vno?
Cum tot, & ipsa quidem sidentia Signa, micanti
Scintillent radio: tremulisque intercidat ardor?
Crede, quòd alta illis regio est, sed èsque repostæ:
Quò postquam aduenit defesso lumine visus,
Defessus tremit: vnde etiam tremere ipsa videntur
Astra: micant radij, quia sursum lumina iacta,

Pulchra
de stellarū
scintilla-
tione.

Et tanta

PLANETÆ.

*Et tanta lassata via, iunbântique, fluúntque:
At contrâ, vicina Deûm statio, ardua quamquam
Prospectu, facilis tamen atque immota tuenti est:
Quò penetrans, stat certa loco, insistitque videndo
Nostra acies: fixisq; oculis immobilis h aret.*

Planetas, ac cœli stellas alias, elementa mutare,
& cum illis corpora inferiora, nedum nostra.

Nemo negat Solem & Lunam, cum quinque Planetis,
Ac stellis aliis, quæ summo ex æthere fulgent:
Tellurem, ac liquidas auras, atque aquora Ponti
Iugiter afficere: & si quando (præsidiæ motu)
Mutauère vicem, & sedes liquere priores,
Mox elementa modis variis agitare deorsum:
Et quæ ex his constant, necnon & corpora nostra:
Aspice vt hybernus rapidos vbi flexit in Austrum
Phœbus equos, nostrumque videt depressior orbem,
Bruma riget, durâtque gelu, spargitque pruina
Tellurem, & gelida glaciæ vaga flumina sistit?
Idem vbi nos Cancro propior spectauit ab alto,
Vrit agros, torret nemora, & sitientia prata:
Nec dubium, quin & noctis nitor albidæ Phœbe,
Cui maria alta, omnis cui rerum obtemperat humor:
Quin & Saturni graue sidus, & æquior orbi
Stella Iouis, quin pulchra Venusq; & Martius ignis,
Necnon Mercurij varium, & versatile numen,
Ac reliqua astra etiam mutant elementa, petântque
Perpetuò, & latè magnos dent vndique motus:
Præcipuè sedem si quando plurima in vnâ
Conuenère: suo vel multum denia cursu,
Longè alium tenuère locum labentibus annis:
Aut iactis radiis sese feriuntque, mouentque

Vires stel-
larû i hæc
inferiora.

Planetas
elementa,
& cû his
tempora
mutare.

Sub vario aspectu: de quo nunc scribere pergo.

Planetarum & stellarum aspectus quid dicatur.

Quid Planetarum aspectus.

Ipsa Planetarum in certis distantia Signis, dicitur aspectus: quo se impediuntque, inuaduntque: Quod potes & reliquis caelorum ascribere stellis.

Planetarum aspectus hexagonus, sexangularis seu sextilis: cum eius natura.

Quando duae stellae sursum distare videntur Sexta Signiferi parte: hoc est, per duo Signa: Aspectus fertur sexangulus: estque latentis Naturae amicitiae, ut voluere vetusti: Et fallacis amicitiae, ut voluere vetusti: Quos à te nolim rideri, sed venerari.

Natura aspectus hexagoni.

Planetarum aspectus triangularis, siue (ut loquuntur) trinus: cum eius natura.

Aspectus bonus.

Quotquot dependes distare triciente Planetas, Quattuor aut Signis, dic se sociare trigono Aspectu fausto, lato, summeque probato.

Planetarum aspectus quadrangularis, tetragonus, & quadratus: cum eius natura.

Aspectus malus.

Signiferi quarta si distant parte Planetarum: Siue tribus Signis, aspectus dicitur esse Quadratus: sub quo latitant mala semina quauis.

Planetarum oppositio, seu aspectus oppositus.

Aspectus malus.

Cum se Zodiaci media de parte Planetarum Spectant: oppositum aspectum faciuntque, mouentque: Qui plane malus est, & iniqua sorte paratus:

Stellarum congressus & coniunctio.

Planetarum coniunctio.

Vno sub Signo, atque gradu occurfare Planetas Si quando

PLANETÆ.

*Si quando obseruas, dic illos mutuò iungi:
Si minus, Astronomis platica est coniunctio: siue
Ex solis radiis facta occurratio tantum:
Si in longum & latum id fiat, coniunctio vera est.*

Admonitio in superiora.

Q*uæ sunt hic nobis de septem scripta Planetis:
Ad reliquas cœli stellæ, & sidera, per te
Aptari poterunt: velut ars desiderat ipsa.*

Planetarum ac stellarum aliarum magnitudines varias esse: & cur tam paruo corpore spectentur.

P*lurima (re vera) sunt cœlis astra minora:
Sunt aliquot maiora etiam, sed pauca: Planetæ
Seu sint, siue orbis sublimia sidera summi:
Quæ passim nobis præclara lampade fulgent:
Et quibus Astronomi varias fecere figuras:
Et pinxere amplum diuersis æthera Signis.
Ex his ergo astris maioribus (ut perhibent qui
Astra sciunt, utq; eclipsis Phœbeia monstrat
In qua Luna patet quanto sit corpore, fratris
Dum subiecta sui speciosum lumen opacat)
Quædam sunt tanta, ut totam terramq; Marsque
Excedant molem, ac spacio maiore nitescant:
Quamuis parua adeo cernantur: propterea quod
A nobis ad ea accedit distantia longa:
Quippe aliquid quanto est longinquius, esse videtur
Tanto etiam minus, & spectantum lumina fallit:
Hoc monstrant homines, qui vel stadio procul à te
Semoti, globuli corpus censentur habere:
Quod spatium, quid cum longinquo culmine cœli
Non dicam rationis habet, sed temporis acti?*

Hæc sum-
mè notā-
da.

Stellarum
corpora
nedum Pla-
netarum ef-
se variæ
magnitu-
dinis.

Multa a-
stra esse
terra ma-
iora: et
cur tam par-
ua cernā-
tur.

Planetas alios aliis contrarios esse : quod etiam in reliquis stellis locum habet, ad rerum mundi con-
temperationem.

SI nescis, sunt astra astris contraria sursum:
Oppositæq; faces facibus: quis deneget illud,
Cum nihil in toto spectetur viuere mundo,
Quod sibi non habeat passim contraria multa?
Sic nisi blanda Venus (Diuumque, hominumq; voluptas)
Frenaret candore suo discrimina Martis:
Nunquam parta quies, nusquam fera praelia deessent:
Rursus: Saturno ni obstaret Iupiter, ille
Mox horrore suo terras disperderet omneis:
De stellis poterit similis sententia ferri:
Quod scriptum volui, ne sim verbofossor aquo:
Quamquam hæc de nostro dabitur tibi noscere libro,
Qui Vraniam Aesculapio priscorum morce maritat.

Cótrario-
rū in mū-
do plena
esse omnia.

Hic liber
prodiit nu-
per.

Planetas, vti etiam stellas reliquas, formis, luce, & corpore inter se differre: quamquam eiusdem sint (vt ita loquar) materia: sed quæ nullam corruptionem agnoscat.

Cœlicolas formis sursum differre videbis:
Maioresque aliis alios: orbisq; nec vni
Assimiles: splendore pares nec reddere luces:
Materies tamen est eadem, subiecta que nulli:
(Ni regi cæli summo, sancto, atque potenti)
Non ignis, flatusque leuis, non terra, nec aer,
Oceanusve pater, ius vllum seruat in alto:
Stellarum cœtus sacer est: compactus & vna
Re eximia, stabili, ac mira: vnde nihil manet illie
Quod mutare queat tantillum sidera cæli:
Vt doceo, Astronomis Medicos dum fœdere iungo.

Cœlestia
corpora
corruptio
ni obno-
xia nõ esse

Planetas,

PLANETÆ.

Planetæ, vti etiam reliquas stellas, sub variis coloribus deorsum apparere: & quòd (secundum nōnullos) à Sole luceant, ac splendeant.

Sunt varia stellis facies, variæque colorum
 Effigies: pallent quædam, fulgèntque corusco
 Lumine nonnullæ: sunt ignea sidera Martis:
 Clara Iouis, Veneris pellucida, & aurea Phœbi:
 Mercurij varia: & Saturni liuida, nec non
 Astri nocturni, & Lunaris, suscula: verum
 Quotquot sunt, Solis radio fulgere, quibusdam
 Est visum: vel ob id quòd Titan lumen vbique
 (Cuius censetur fons admirabilis) afflat:
 Quo cuncta in cælo, terris, Pontòque fruuntur:
 Ac vitam accipiunt, veluti monstrauimus antè:
 Si quis plura volet, scriptas legat aeris ille
 Nuper Ephemerides nobis, hîc grata videbit.

Planetarū
 colores.

Solis ener
 geia & ma
 iestas.

Aliter de Planetarum coloribus, quos rebus inferioribus, nedum solis nubibus appingere plarumque solent.

Hos septem stellis præsci posuere colores:
 Quos vt corporibus, sic induunt nubibus: aiunt
 In primis niueo celerem gaudere Dianam,
 Saturnum fusco, Martem rufo, Veneremque
 Cæruleo, Phœbum rutilo, Stilbonta remixto,
 Aureolòque Iouem, narrabunt cætera libri.

Aerij Pla
 netarum
 colores.

Planetæ quibus humanorum corporum spiritus ascribuntur.

Phæbo debetur vitalis spiritus: atque
 Lunæ animalis: habet diuinus Iupiter vnum
 Naturalem: ô ter magnos regésque, ducesque

Tres cor
 porū facul
 tates trib^o
 Planetis
 ascriptæ.

Ter ma-

Ter magnis rebus præfectos, & pretiosos?

Planetæ quibus certa humanorum corporum membra tribuuntur.

Corporis è rebus sunt hæc commissa Planetis:
Cor Phæbo, cerebrum Lunæ, Venerique pudenda:

Quæ membra corporis Planetæ aspiciant.
Et splen Saturno, Marti fel, Cunctipotentii
Hepar: Mercurio, doctrinæ lingua magistra.
Vis alias parteis? percurras sedulo nostram
Corporis & cæli Harmoniam, legisse iuuabit.

Planetæ quid ex rebus corporis obtineant in singulis Zodiaci Signis constituti: & primum in Ariete.

Saturni est pectus, venter Iouis, & caput altum
Marris: sed Phæbi sunt fœmina: deinde Diones
Quidquid inest pedibus: Stilbon sibi crura reposcit:
Et collum Diana: velim te cætera nosse
De doctis: simul & quæ soli membra Planetæ
Agnoscant: & quid mundi videantque, regantque:
Nam (sicut dixi) sua sunt compendia cælis:
Nec quocumque loco bene possunt omnia scribi.

Hæc obferuēt, vt superiora, *ιατρομαθηματικοι.*

Planetarum amicitia & odia inter se.

Saturnum redamant Sol, Iupiter, & vaga Luna:
Deinde Iouem cuncti, si Martem exceperis vnum:
Qui Veneri est charus, reliquis exosus, & ipsi
In primis Phæbo, necnon & Cunctipotentii:
Solis dilecti sunt Iupiter, & Venus alma:
Cui rident omnes superi, modò Falcifer absit:
Iupiter, atque Venus, necnon Saturnus, amantur
Mercurio, pariter Lunæ: tu sic inimicos,
Opposito discerne modo, ne sim tibi longus.

Amici Planetæ & inimici.

Plane

PLANETÆ.

Planetis, septem mundi climata subiici, ac seruire.

Climata duntaxat septem fecere vetusti:
 Ac totidem postis sursum ascribere Planetis:
 Saturno primum: inde Ioui, pro sede, secundum:
 Tertium habet Maiores, Sol quartum: deniq; quintum
 Alma Venus: sextum Hermes: Phœbe, quod venit ultra:
 Quales censebis naturas esse τλανύτων,
 Tales fac homines qui climata dicta tenebunt.

Planetarū
 climata, &
 mūdi par-
 tes.

Planetarum situs, & loca in Zodiaco, plerunque
 efficere vt natorum etiam eiusdem vteri, mores
 ac effigies inter se variant: vti etiam rerum a-
 liarum naturæ, formæ, ac similitudines.

Vsque adeo cœlique situs, & sidera, & ipsi
 Dij variant, ac Signa quib; sua plaustra reuoluunt:
 Vt nati sub eis variū sint: crebrò colore:

Planetas
 & stellas
 variè cor-
 pora affi-
 cere.

Nonnunquam effigie: nunc filo corporis: hinc tu
 Cernas dissimiles multum prolésque, patrésque:
 Hinc matri sua nata, hinc vno è germine creti
 Longè absunt: sic neptis auo, soror ipsa sorori:

Quinetiam variant mores: & pectora sensus
 Diuersos agitant: cœlo id faciente, quod vnum
 Horis nascentium vultus non semper eosdem,
 Inq; locis iisdem conuertit: sedulo præbens
 Sub quocunque voles momento temporis, atque
 Orbis terrarum quacunq; in parte, sitūque,
 Innumeras stellas, & formas, atque figuras:

Pulchra
 & nota-
 tu dignif-
 sima.

Quas passim referunt terrena animalia, necnon
 Herbarum genus omne virens, hominésque, feræq;
 Arboreæ frondes, & squāmæa terga natantum:

Nam quod inest terris cœlo descendit ab alto:

Quamquam aliquid studiis, generi, patriæq; soloque,
 Concessum

JANT. MIZALDI

*Concessum cupio: ne tradere singula caelo,
Ac stellis videar, periniqua lege, modòque.*

A Saturno quæ studia, quæve morum & ingeniorum agitationes plurimum emergant: vbi genesis alicuius potens dominator fuerit.

E *St qui animi secreta alto sub pectore condit,
Consilio grauis: & casus timet vsque futuros:*
Saturnino *Et parcat nimis, oblata negocia differt:*
rū pictura. *Ac motus tristes, & sauas sustinet iras
Cunctator: quoniam Saturni hoc imperat astrum
Natalis cæli princeps, præstansque, potensque:
Cui tunc est animi fingendi facta potestas.*

A Ioue quæ studia & mores, plurimum emergant, vbi genesis &c.

I *Vpiter emittit foelici fidere partum:*
Cui recti est studium, ac animi præstantia magni:
Iouialium *Insper, & præcium famæ, ac certamen honoris:*
pictura. *Quique opibus socios, fidôsque acquirat amicos:
Qui sit agri dives, pecorûsque, & coninge foelix:
Ingenio clarus, facilis que in rebus agendis:
Et qui nonnunquam precibus pia numina placet:
Notus amicitus, ac pulchro corpore gratus:
Et cui pro votis succedant omnia semper.*

A Marte quæ studia, & mores plurimum emergant: vbi genesis alicuius &c.

S *I Diuos testis aliquis, iurataque verba
Posthabet, ac fidei violat venerabile numen:
Immitis, promptusque manu, violentus, & exlex:
Cui fraus, insidiaque placent & verbera, necnon
Cades, ac ira, periuria, iurgia, lites:*

Martius

PLANETÆ.

Martius hic tibi sit, valde fugiendus vbique.

A Sole quæ studia, & mores plurimum emergant: vbi genesis alicuius &c.

Nobilitat sub se genitum præstantibus ausis
Cynthius: & summè generoso corde superbum
Inuitat studio imperii, atque extollit in altum:
Audacemque facit dicendo, & recta monendo:
Necnon maiestate grauem: sed qui sua plebi
Describat iura, ac populo dominetur & vrbi.

Solarium
pictura.

A Venere quæ studia & mores plurimum emergant: vbi genesis alicuius &c.

Sunt quos exornat Veneris decor, ac bene notos
Non dicam vultu, sed cultu reddit vbique:
His amor, his studium formæ est, citharæq; sonantis:
His choreæ, cantusque placent, pexusque capillus:
Excultique sinus, speculum, fucusque, liquorque:
Et gemma, & niueo suspensa monilia collo:
Munditiæq; iocique, & quidquid blanda voluptas
Profert: cum lauta mensa, sermonibus vsque
Festiuis condita suis, salibusque, modisque
Omnibus: hos sequitur florum studium, sequiturque
Ridens hortorum cultus per mille figuras:
Hic vbi pulchra Venus dulcis inspirat amores:
Ac mille ex oculis vrentis excitat igneis:
Oscula libando, & mellitum afflando venenum.

Venero-
rum pi-
ctura.

A Mercurio quæ studia & mores plurimum emergant vbi genesis alicuius, &c.

Cvi genitus Maia nascenti præsedet, ille
Scitatur rerum causas, & queritat artium
Non cuius notas: facundæque verba disertus

Mercuria-
lium pi-
ctura.

Depromit:

Depromit: veterum exponens monumenta virorum:
 Hic responsa Deum solers, arcanaque cuncta
 Natura ac caeli, summo, vigilique labore
 Rimatur: verbisque modos, & carmina nervis
 Iungit: vel precio captus fora crebro frequentat:
 Aut arteis, & scripta docet praclara Sophorum:
 Ac operam impendit linguis virtute magistra:
 Auriculas doctus mordaci radere vero:
 Et quandoque homines naso suspendere adunco:
 Paucis, quod praestat labor, & vigilantia summa,
 Hoc sibi Mercurii partus conquirere nouit:
 Faelix, & nimium faelix, minimumque beatus,
 Si dare se comitem regina pecunia vellet:
 Doctrinas exosa bonas: quapropter ubique
 Pauperibus nubunt, quod sint sine dote relictæ.

Fœlices
 esse dextro
 Mercurio
 natos.

A Luna quæ studia & mores plurimum emer-
 gant: vbi generis alicuius gubernacula, fortis
 ac potens tenuerit.

Lunariū
 pictura.

Mittit populo acceptos Latonia Phœbe:
 Quosque probat fauor, & cōmunis gratia plebis:
 Necnon dexteritas promptissima rebus agendis:
 Garrulitas tamen est illis germana, vagūmque
 Ingenium, inconstans, subitum, leue, mobile, vanum,
 Inq̄, dies varium: necnon versatile pectus
 Tam saepe, & subitō, quàm sese Cynthia mutat.

Admonitio in præcedentia, annexam habens
 conclusionem.

Hos mores animis nascentium sidera septem
 Per se afflant: sed longè alios commixta reponunt:
 Quod te nosse velim: pariterque expendere, recto

Iudicio,


PLANETAE.


Iudicio, stellas alias, cælum quoque totum
Quod natale vocant: dominos Signique, locique
Præcipuos: quidnam iuuet, aduersetur & hospes:
Ac quibus in domibus dominetur quisque Planeta:
Cætera sunt artis, quam non suscepimus hocce
Enarrare libro: dabitur fortasse voluntas
Hæc nobis aliàs: si gratam dixeris esse
Hanc tibi sementem magno sudore paratam.
Sed monitu Vrania præsentem claudere librum
Compellor: inbeorque fores aperire sequenti:
In quo stellatas cælorum pingo figuras:
Atque meum tandem claudio hoc cœleste theatrum.


Multa pre-
muntur a-
pud auto-
rè, quæ vo-
lente dño
aliquâdo
lucè vide-
bunt.


FINIS PLANETARVM

Antonij Mizaldi Mon-
luciani.









www.books2ebooks.eu